



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 39. Arsacius Episcopus Constantinopolitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. A. C. 404. Ianiant, supercilia evellunt, faces utriusque lateri impingunt, ubi prius ita carnes conciderant, ut ossa aspicientibus parerent. Itaque in equuleo animam reddit, nihil eorum, propter quæ torquebatur, confessus. Clerici illi, qui eum antea necem persecuti fuerant, media nocte occisum sepelierunt, & apparens visio hominum cantantium S. Martyris innocentiae testimonium reddidit. Presbyterum quoque Tigrium detractis vestibus flagellant, pedes, manusque affligunt, & vi tanta distendunt, ut membrorum compages solveretur. Is inter Barbaros natus erat, & Evnuchus, marci principium viri potentis, qui optime de merito libertate donaverat. Tandem olim servus ad Dignitatem Sacerdotalem promotus est. Mitissima vir indole pauperes, & peregrinos singulari lenitate fovebat. Toleratis tormentis in Mesopotamiam relegatus est. Ecclesia istorum duorum Martyrum memoriam 12. Jan. colit.

Mart. Rom.

§. XXXIX.

Arsacius Episcopus Constantinopolitanus.

Chr. Pasch. Socr. V. c. 19. Soz. VIII. c. 23.

Improba Schismaticorum industria Sedes Constantinopolitana non diu vacavit, sed Luce septima post S. Chrysostomi abitum, die Lunæ, vigesima septima Junii ejus-

ejusdem anni 404. Arfacium Presbyte-
 rum, octogenarium, quo nemo magis
 S. Chrysostomo infensus, in ejus locum
 suffecerunt. Erat Episcopi Nectarii fra-
 ter, & cum eum Episcopum Tarsensem,
 in ipsorum Patria, jam olim eligere vo-
 luissent, id muneris recusavit; hinc ei-
 Nectarius objecit, quod mortem suam
 præstolaretur, ut sibi succederet, & com-
 pulsit jurare, nunquam concessurum, ut
 Episcopus ordinaretur; nunc vero jura-
 mentum violavit. Ei tam corporis mo-
 tus, quam eloquentiæ donum deerat,
 quod in S. Joannis Successore minus to-
 lerabile videbatur. Clientes viri man-
 suetudinem jactabant, & invidiam cru-
 delitatis, quam sub ejus Pontificatu in
 Orthodoxos exercuerunt, in illos, qui
 ejus Bonitate abuterentur, rejiciebant.
 Quippe Catholici, semper S. Joannem
 pro vero suo Pastore habentes, cum Ar-
 facio communicare detrectabant; S. Chry-
 sostomus quoque eundem Usurpatorem
 dicebat. Igitur Catholici Constantino-
 politani separatos conventus agebant,
 quod eosdem persequendi Schismaticis
 ansam dedit, captato incensæ Ecclesiæ,
 Senatusque prætextu. Joannitæ dice-
 bantur. In publicum prodire non aude-
 bant, nec in foro, aut balneis tuti, imo
 aliquibus ne quidem domus propria se-
 curitatem præstabat. Multi sponte in
 exilium

Sæculum V.
 A. C. 404.

Sup. L.
 XVIII. §. 5.
 Pall. p. 94.

Soz. VIII.
 c. 28.

ep. 143. al.
 125. ad Cyr.

Sæculum V. exilium abiere. Præprimis aliqua
A. C. 404. minæ memoratu dignæ sunt, quæ ab
 ctu in suum Episcopum prorsus singu
 ri exsistere.

§. XL.

S. Olympiades.

Nulla illarum S. Olympiade illustri
 Huic, nobilissimis Parentibus natu
 immensæ erant opes. Orphana a pro
 pinquis Nebridio in Matrimonium dati
 post menses viginti elato viro vidua
 mansit. Præter Generis nobilitatem,
 opes, eam scientiæ quoque, quibus an
 num excoluerat, & eximia forma com
 mendabant; adduci tamen non potuit
 ut in secundas nuptias consentiret. *San*
 Theodosius Imperator eam sæpius laude
 ri audivisset, optavit, ut viro Hispano
 propinquo suo, cui nomen Elpidius, no
 beret, & ut Olympiades consentiret re
 hementissime institit. Ipsa ad Impera
 torem: *Si Deus voluisset, ut vitam in*
viri societate transigerem, Maritum pri
um non abstulisset, sed huic oneri aptum
non judicavit. Imperator hoc responsi
 offensus Præfecto Constantinopolis man
 davit, ut ejus bona custodiret, donec
 annum trigesimum attigisset. Sub hu
 jus Mandati specie Præfectus, instigante
 Elpidio, eam nec Episcopis colloqui, nec
 Ecclesias frequentare sinebat, sperans
 molesta

Pall. Dial.
p. 164.